



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

Cap. 1. Quid sit immunitas Ecclesiastica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

8 Facilis accedit excusatio ab ea precepti parte, quæ alteram refectionem in die ieiunii prohibet, quam ea, quæ e sum carnium prohibet: tamen propter infirmitates certam stomachi, opus non est dispensatione, in dubio autem licentia petenda est in Episcopo vel eo absente à Parocho pro consuetudine dicere.

N.B. Repetitio refectionis in die ieiunii non conceditur si solum concedatur e sum carnium, quia alii cibi non possunt haberi.

9 Episcopi ob publicam causam ieiunium in aliud diem transferre non prohibentur V. C. si ieiunium incidat in festū solemne peculiariter in aliqua civitate celebrari soli. Item, si vigilia S. Mathei incidat in bachanalia potest anticipari auctoritate Episcopi.

TRACTATUS IX.

De Ecclesiastica immunitate.

CAP. I.

Quid sit Ecclesiastica immunitas.

IMmunitas (quasi muneris id est oneris vacans) Ecclesiastica est ius, quæ loca, res vel persona Ecclesiastica à communibus oneribus liberæ sunt. Dixi in plurali, loca, res, persona, quia particularis Ecclesiæ exemptiones nomine Ecclesiastica immunitatis comprehendunt non solent, sed solum exemptiones illæ, quæ tali statui Clericorum communes sunt. Quæ ipsa causa est, cur Clerici ne iuramento quidem Ecclesiastica immunitati renunciare possint, quia non ob particularem aliquorum sed communem Ecclesiasticæ hierarchie favorem constituta est.

Triplex

Triplex est Ecclesiastica immunitas, Localis, quæ à Ecclesiis, Realis', quæ bonis Ecclesiasticis: Personalis, quæ personis Ecclesiasticis debetur.

C A P. II.

De causis Ecclesiasticis à ciuili potestate omnino exemptis.

Causæ omnes spirituales secundum propriam institutionem à secularium iudicium potestate libera sunt, quia potestas Ecclesiastica penitus diversa & discreta est à ciuili; quia illa supernaturalis est iuxta ratione originis; hæc vero temporalem faciem, tanquam finem spectat; sicut dixi lib. I. Tract. 4. c. 5.

Causæ spirituales censentur, quæ ad Dei cultum & spiritualem animæ salutem directe spectant, v. c. quæ sunt de fide, doctrina, sacrificio Missæ & sacramentis, ordinatione, officiis ministrorum, beneficiis, Ecclesiastum, vasorum, virginum conseruatione, absq; sacramentalibus, &c. Ratio, quia omnis potestatis iurisdictionis versatur circa propriam materiam quæ veluti limite suo continetur. Materia autem potestatis desumitur ex proprio fine, ad quem ordinatur cuius igitur omnes hæ causæ enumeratae tendunt ad finem spiritualem ac supernaturalem, sequitur quod proprie sint potestatis spirituialis, & quod secularis potestas sua authoritate, & sine commissione ad eas se extendere nullo modo se possit cum iales causæ extra limites sint, & veluti extra sphæram materię eius.

In causis merè ciuilibus V. C. de laicoru dominio, iure, contractibus, testamentis ac similibus, que formam suam atq; obligationem à ciuili iure acceptūs

III 2 Index